ipsi per Nobilem Petrum Kuczinski olim Stephani filium modo Alligatoris in Summa Mille Quingentorum Floren. Poll. inscripta Ibid in areas aedificia hortos agros prata campos sylvas borras rubeta iuxta latiorem Inscriptionis eiusdem Alloquentiam nemine tam in bonis quam hic circa Acta impugnante Intromisit investivit et bona eadem omnia ipsi in possessionem pacificam contulit et subditis obedientiam iniunxit. De quo Relatio praesens.

Actum in Curia Regia Bransceu. feria Secunda post Dominicam Ramispalmarum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Krasowo — **Demissio.**

Coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Bransceu. personaliter Comparens Nobilis Venceslaus olim Joannis Piechut Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Leonardo olim Lucae Krasowski Pechczelko et ipsius successoribus Medietatem obligationis suae in bonis Domanowo sibi principaliter per Nobilem Dorotheam relictam olim Mathiae Domanowski Nobili Paulo filio Valentini Piechut genero suo in Dotem ex dotalitionis filiae suae Coram Actis praesentibus feria Secunda proxima festi Divae Margarethae Virginis Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Primo in Summa Quingentis Sexagenis inscripta quantum ad interesse medietatis obligationis spectat. Cum omnimoda potestate eius medietatis Inscriptionis suae ac parata Intromissione possessione evictione ac ligamentis in originali inscriptione contentis cedit et in ipsum ac eius successores hoc idem ius suum transfundit. Intromissionem illi ex nunc cum pacifica possessione per se ipsum et alios quoscumque dat et admittit.

Bagienski — **Quietatio.**

Coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Bransceu. personaliter Comparens Nobilis Martinus olim Venceslai Gorski Sanus mente et corpore existens palam publice libereque recognovit. Quia sibi Nobilis Joannes olim Adami Bagienski ex obligatione bonorum in haereditate Bagienskie sitis sibi per eum inscriptis sex floren. Poll. persolvit ideo ipsum quietat et Inscriptionem cassat perpetuis temporibus. Personali sua recognitione mediante.

Falki Nowosadi — **Donatio.**

Coram officio Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceu. personaliter Comparens Nobilis Adam olim Mathiae Falkowski de Falki Philippy hic Sanus mente et corpore existens palam publice libereque recognovit. Quia Nobili

Paulo